



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Psalmi, Sev Precationes D. Ioan. Fisheri Episcopi
Roffensis**

Fisher, John

Lvgdvni, 1572

Psal. C. Gratiarvm Actio Iubilate Deo omnis terra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41688

pulo, qui ab ipsis nascetur, quod hæc fecerit tam stupenda Dominus.

P S A L M . C . G R A T I A R V M A C T I O
Iubilate Deo omnis terra.

IUbilate in honorem Domini, quotquot in terra versamini.

Colite Dominum cum lætitia , venite in conspectum ipsius cum exultatione.

Agnoscite Dominum esse illum Deū, qui fecit nos , neque enim ipsi fecit nos, sed populus eius sumus & grex , quem ipse pascit assiduè.

Intrate per portas illius, gratias acturi pro acceptis ab eo innumeris beneficiis, & per atria cantaturi laudes illius, laudate illū , & celebrate laudibus nomē illius.

Benignus est enim Dominus , & infinitæ misericordiæ , & in seruandis promissis constantissimus , non vni generatiōni tantum, sed omnibus.

P S A L M V S . X I I . P E T I T I O
aduentus Christi accelerandi, propter superborum principum, & hypocritarum in populo multitudinem inualescentem.

SAluum me fac Domine, quoniā deficit sanctus, quoniam defecerunt fideles à filijs